

III. Balsamus contra laesiones externas.

℞. liqu. myrrh.

bals. Peruv. aa 3j.

terebinth. Ven. 3ij.

M. f. Balsamus.

SECTIO XXII.

DE

FORMVLA EPITHEMATIS
SICCI.

§. 700.

Epithema siccum est pulvis medicatus, qui De variis
parti corporis externe panni, in quo inclu- specie-
sus est, beneficio imponendo applicatur. bus epi-
Varia id accipit nomina, prout pannus, in quo thematis
inclusum est, huius vel illius est figurae, et vel sicci.
aliis atque aliis partibus applicatur. Sic *epi-
thema siccum*, si consuto panno inclusum exter-
nae corporis parti applicatur, *saccus*, *sacculus*,
et si hic pannus scuti, lectuli, pulvinaris figu-
ram refert, *scutum*, *lectulus*, *pulvinar* appel-
latur. Si idem sacculus capiti imponitur, au-
dit *cucupha*, germanice Kräutermütze. Pul-
vis ad epithema siccum adhibetur crassior, vel
mediocriter tenuis

§. 701.

Cum epithema siccum sit pulvis §. 700. Quanam
omnia ista, quae ingredi possunt puluerem ingredi-
inter- entia esse

F f 2

possint e-
pithema-
tis sicci.
internum §. 391. 302. 303, ingredientium vice
in epithemate sicco fungi possunt, si scilicet
externo vsui sunt apta.

§. 702.

Quanam
prae aliis
adhiberi
soleant
in epi-
themate
sicco.

Quamuis vero multa ingredientium vice
in epithemate sicco fungi possint §. 701, vege-
tantia tamen sicca, eorumque partes, vt her-
bae, flores, folia, radices, baccae, semina,
cortices, aromata et ex his compositae species
officinales maxime hic adhiberi solent. Ne-
que hoc est mirandum, et facile patet per-
pendenti, multa ex adductis §. 702. virtutem
possidere vsui quidem interno, non vero ex-
terno aptam, et vegetantia potissimum huic
inservire scopo. Cum vero vegetantia sicca,
si efficaci praedita non sint agendi principio,
vel eorum virtus siccando perierit, parum vel
nihil virtutis exferant, ea ita comparata esse
debent, vt virtute etiam gaudeant efficaci, si
ad epithema siccum sunt recipienda; alias Me-
dicus scopum suum plane non assequeretur.

§. 703.

Quid
subscri-
ptio hic
determi-
net.

Subscriptio in formula epithematis sicci
determinat pulueris praeparationem, sacculi
confectionem eiusque repletionem.

§. 704.

Speciminis loco sunt

I. Epithema discutiens.

R. rad.

R. rad. irid. Flor.

figill. Sal. aa $\overline{3\text{ss}}$.

herb. saluiae

maioran.

thymi

rutae

flor. lauend.

sambuc.

chamom. Rom. aa $\overline{m\text{ss}}$.

cardamom.

cubeb. aa $\overline{3\text{ij}}$.

bacc. lauri $\overline{3\text{ss}}$.

Conscissa, contusa tenuiter, mista, linteo
insuantur et applicentur calide.

II. Pulvis pro cucupha, quo cereberrime
usus fuit b. HOFFMANNVS ca-
pite debili.

R. rad. irid. Flor. $\overline{3\text{j}}$.

storac. calam.

benzoes

succin. ppt.

caryoph. arom. aa $\overline{3\text{ij}}$.

flor. lauend.

rosar.

chamom. Rom. aa p. IV.

Conscissa, contusa grosso modo, redi-
gantur in puluerem pro cucupha.

Ff 3

Alius

Alius puluis pro cucupha,

R $\acute{x}$. herb. serpill.

maioran.

origan aa mj.

mari Ind. p. II.

flor. anthos

cheiri

rosar. rubr. aa p. III.

succini

massich. aa 3ij.

M. f. puluis grossus

vel

R $\acute{x}$. rad. angelic. 3j.

herb. salu.

maioran.

fol. et flor. rorismar.

summit. serpill. aa m $\mathfrak{s}$.

fem. nigell. Rom. 3ij.

caryoph. arom.

massich.

styrac. calam. aa 3j.

Conscissa, contusa, mista D. ad chartam,
S. Species pro cucupha, quae gossypio ex-
ceptae includantur cuculli duplicaturae, et
punctim intersuantur.

SECTIONIO